



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Censvra.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)



FACULTAS R. P. PROVINCIALIS.

Ioannes Gruzenski Præpositus Prouincialis Societatis  
IESV in Prouinciâ Lithuanîæ.

**C**um Opuscula P. Nicolai Lancicij Societatis nostræ Theologi,  
tres eiusdem Societatis Theologia Doctores & Professores,  
quibus id commissum fuit, reuiderint, & in lucem edi posse censue-  
rint, nimirum: de Praxi Diuina Præsentia, & orationum iacula-  
toriarum, & varijs Orandi ac Deum piè colendi modis: de præstan-  
tiâ Instituti Societatis IESV: de quatuor F. seu de quatuor viis  
perueniendi ad perfectionem: de exteriori Corporis Compositione,  
hominibus Spiritualibus necessariâ, seu de Minimis in obsequio Dei  
curandis: de modis portandi Crucem Christi, seu de piè tolerandis  
persecutionibus humanis: de naturâ & gradibus humilitatis, & de  
confusione nostri, ob Dei amorem querendâ: de rectè traducendâ  
adolescentiâ: de Meditationibus rerum Diuinarum rectè peragen-  
dis, præsertim in Octiduanâ Recollectione: de medijs ad virtutes, in  
vitâ Spirituali acquisitas, postea conseruandas & augendas: De  
conditionibus boni Superioris illi necessarijs: de pijs erga Deum &  
Sanctos eius affectibus, de humanarum passionum Dominio, in quo  
situm sit, & quomodo acquiri possit: de Negotiatione cælesti. Pote-  
state ad id mihi factâ, ab A. R. P. N. Generali Vincentio Carrasa,  
facultatem concedo, vt hæc Opuscula typis mandentur, si ita ijs ad  
quos id etiam pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas ma-  
nu propriâ subscriptas, & consueto Sigillo Officij munitas dedi.  
Viennæ, Anno 1646. 9. Iunij.

Ioannes Gruzenski  
manu propriâ.



Locus Sigilli.

C E N S V R A.

**O**puscula Ascetica Reuer. Patris Nicolai Lancicij Socie-  
tatis IESV docta, pia, & perfectionis studiosis admodum  
utilia sunt, nihilque continent fidei aut bonis moribus con-  
trarium. Vnde cum Ecclesiæ bono lucem aspicient. Actum  
24. Februarij 1647.

Guil. Bolognino S. Th. Lic. Canonicus  
& Lib. Censor Antuerp.

NICO-